



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Reverendi Patris Vincentii Carafæ, Septimi Societatis Jesu Generalis

Bartoli, Daniello

Leodii, 1655

Protestatio Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42928

PROTESTATIO
AUCTORIS.

LECTOR, adverte in elogiis virorum
Illustrium, quos hoc libro comple-
xus sum, nonnulla me obiter attingere,
quæ sanctitatē ipsis videantur adscribere:
perstringo nonnunquam aliqua ab iis ge-
sta, quæ cum vires humanas superent,
miracula videri possunt: præfagia futu-
rorum, arcanorum manifestationes, re-
velationes, illustrationes, & si quæ sunt
alia hujusmodi: beneficia item in miseros
mortales eorum intercessione divinitus
collata: demum nonnullis sanctimoniam,
vel martyrii videor appellationem tribue-
re. Verum hæc omnia ita meis Lectori-
bus propono, ut nolim ab illis accipi tam-
quam ab Apostolica Sede examinata &
approbata, sed tamquam, quæ à sola suo-
rum auctorum fide pondus obtineant,
atque adeo non aliter, quàm humanam
historiam. Proinde Apostolicum S. Con-
gregationis S. R. & universalis Inquisitio-
nis Decretum anno 1525. editum, & anno
1634. confirmatum integrè, atque invio-
latè juxta declarationem ejusdem Decreti
à S. D. N. URBANO Papa VIII. anno 1631.

PROTESTATIO AUCTORIS.

factam, servari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, vel venerationem aliquã per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, aut opinionem Sanctitatis, aut martyrii inducere, seu augere, nec quicquam ejus existimationi adjungere, ullumque gradum facere ad futurã aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusã hac meã lucubratione obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione & actione dirigi.

DANIEL BARTOLI.

INDEX